



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Carolus Emanuel Sabaudiæ n. 3

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Sabaudia  
Ducis in  
Societatem  
benevolen-  
tia.*

3. A CAROLO EMANVELE *Sabaudia Duce Serenissimo,*  
*qui scripto testatum reliquit, vt omnibus de summa sua erga Socie-*  
*tatem benevolentia constaret, Tota sua Ditione velle omnium*  
*Nostrum capiti æquè ac suo cautum esse. Hæc tantus Prin-*  
*ceps in Annalibus Societatis anno 1612. fol. 139. in quibus non ma-*  
*iore de Ea existimationem euulgare potuit.*

*Fauor insi-  
gnis Baua-  
ria Ducis  
in Socie-  
tatem.*

*Littera ad  
Pontificem  
eius ma-  
nu scripta.*

*In quibus  
Societatem  
laudat, ac  
filios.*

*Et instituti-  
rationem  
defendit.*

4. A GUILIELMO Bauariae Duce, qui cum vidisset mœ-  
rem, & metum Societatis ex immutato Sixti Pontificis animo erga  
illam, ita hac de causa laboravit, ac si de toto eius ageretur Dominatu : literas ad Pontificem sua manu has dedit, fauore insigni plena*s*  
in Societatem. Beatissime Pater. Praeclara venerandæ Societa-  
ris IESV in Catholicam Religionem merita, eiusque in his  
Germaniæ partibus, vel restituendæ, vel conseruandæ labo-  
res, ac studia nouis quotidie occasionibus, felicibusque suc-  
cessibus sic à Deo benedicuntur, vt non raro diuinam Pro-  
videntiam in illis ego quidem suspiciam, ac deprædicem,  
qua calamitosis hisce temporibus Ecclesiæ à Deo missi, stren-  
uos in illa, summeque necessarios se operarios exhibent:  
mihi vero, terris ac populis meis, quibus hisce Patribus, illo-  
rumque laboribus frui contigit, plurimum gratuler, nihil ma-  
gis exoptans, quām vt Institutum adeo salutare faciem illam  
constanter retineat, qua non parum Christi sponsa Ecclesia  
hactenus recreata, nouoque fœtu multiplicata fuit. Quod  
propter Apostolicæ Sedis robur, quo hæc Societas, & Reli-  
gio firmata est, felicemque eius Instituti cursum semper mihi  
firmiter persuasi, neque nunc quidem secus vt accidat, diuin-  
am bonitatem permissuram confido. Patrum vero qui in  
his partibus rei Christianæ dant operam, contrarium quem-  
dam timorem non absque animi mei molestia his ipsis die-  
bus ex ipsiusmet didici, cum de nescio qua innouatione in eoru  
Instituto forte facienda dolentes mihi significant, atque ad  
eam nouitatem inducendam Sanctitatem Vestram à quibus-  
dam non parum incitari. Quoniam verò Sedis Apostolicæ  
auctoritate, & defensione, vel vnica eorum Societas in pri-  
mæua